

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Penitencia ai cum uariis

Fugite, inquit, de medio Babilonis et saluate animas uestras. Conuolate ad urbes refugii ubi possitis et de preteritis agere penitenciam et in presenti obtinere gratiam et futuram gloriam fiducialiter prestolari. Non uos retardet consciencia quia ubi peccata habundauerunt, superhabundare consueuit et gracia, nec penitencie austeritas ipsa deterreat. Nec enim condigne sunt passiones huius temporis ad preteritam culpam que remitteritur, non ad presentis consolationis gratiam que immittitur, non ad futuram gloriam que promittitur. Si uerbis non creditis, operibus credite, exemplis acquiescite plurimorum. Currunt undique peccatores ad penitenciam et natura pariter et consuetudine delicati, nil credentibus impossibile, nil amantibus difficile, nil asperum mitibus, nil humilibus arduum reperitur quibus et gracia sit in auxilium et obediendi deuotio lenit imperium.

Bernardus in quodam sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Penitencia ai] Penitentia ar P V¹ V² L¹ L²; conuolate] et volate P V¹ V² L¹ L²; prestolari] gloriari (*cor. intra*) C; gracia] gratiam (*cor. sub lin.*) B; temporis] futuram gloriam in *add.* P V¹ V² L¹ L²; remittitur] repemittitur (*cor. intra*) C; non] non *add.* B, nec P V¹ V² L¹ L²; consolationis gratiam] gratiam consolationis P V¹ V² L¹ L²; que immittitur non ad] et (*cor. in marg.*) B; plurimorum] proximorum (*cor. intra*) M; et] ex M; delicati] delicari B; sit] sic P V¹; obediendi] obedienti P V¹ V² L¹ L²; Bernardus in quodam sermone] ibidem L¹ L²